1948

Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Woiakowski scriptum in rem Korniaktow Coniugum roborat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus
175 Ioannes Woiakowski, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognouit, Quia ipse, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus. Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Caroli, Francisci in Białobolki Korniakt, et Catharinae de Bełżec Coniugum Legitimorum, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et Datactius, hic Praemysliae Die hodierna in Acta contenta confectum conscriptum et datum, manu dicti Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis articulis, verbis, ligamentis ac nexibus in vniuersum omnibus eisdem Generosis Korniaktom Coniugibus, ipsorumque Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto, quam in quauis minima parte toties, quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale

vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio Summae [illegible] Mil-
lium Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem
vel eius Successores supramemoratis Generosis Carolo Franci-
sco in Bialoboki Kornialt et Cathariná de Belzec Con-
iugibus Legitimis vel eorum Posteris ob non completionem
contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum
tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit adsol-
vendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso
ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex conten-
tis scripti eiusdem manualis non completa complenda, citatis
existens memoratus Recognoscens, Generosus Joannes Nria-
liowski sive eius Successores ad instantiam praefatorum Generosorum
Caroli Francisci in Bialoboki Kornialt et Catharinae de
Belzec Coniugum Legitimorum vel eorum Posterorum ad Offi-
cium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex hinc re-
cessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio,
stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere,
Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati de-
bebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum pe-
remptorium et alios omnes exinde consequentes Causae
eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro
maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel ex-
tra Regnum servitio militari ad munimenta, ad Quietem
vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis
non differendo, ad quietationem praeterea ultra provinciae
Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Ter-
minos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo a quibus sua
omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Su-
spensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello,
Convocatione que, ac aliis omnibus Iuris remediis et de-

fensio. m Libter fugiendo, nec modo alio quouis euadendo.
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

8/VII

Feria Quarta post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. Strzelbicki Strzelbickim & Rewkowiczowi vigore Consensus Sacrae Regiae Maiestatis cedit.

775 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus, Nobilis Zacharias Strzelbicki. sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iudiciis, Iuris dictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognoscenti ad infrascripta peragenda gratiose collatis manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptis et sigillo minoris Cancellariae Regni communitis Officioque praesenti porrectis de tenore verborum tali. Michael Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Kiiouiae, Volhyniae, Smolensciae, Seueriae Czerniechouiaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris